

SCRIPTA

Numéro Scripta : 8980

Auteur(s) : Pierre de Gerberoy [particulier]

Bénéficiaire(s) : Lisors, Notre-Dame de Mortemer (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1169, 13 juin

Lieu d'émission : Gerberoy

Action juridique : autre

Langue du texte : latin

Analyse

Pierre de Gerberoy concède à l'abbaye Notre-Dame de Mortemer la terre de 4 charruées que son père Pierre et le père de son associé Guillaume, Hélié, ont donnée de la forêt de Thelis au Quesneger avec l'accord de Louis [VI ou VII], roi de France. Il donne à l'abbaye 2 charruées de terre et concède 3 charruées de terre données par son associé Guillaume.

Tableau de la tradition

Original

A. Évreux, Archives départementales de l'Eure, H 653.

Dissertation critique

Transcription : Tamiko Fournier-Fujimoto

Texte d'après A

In nomine sancte et individue Trinitatis. Ego Petrus de Gerborredo notum fieri volo tam presentibus quam futuris quod ego concessi Deo et ecclesie Sancte Marie Mortuimarum terram ad quatuor carrucas quam [eidem] ecclesie Petrus pater meus et Helias pater Willelmi socii mei donaverunt in elemosinam perpetuam, concessione Ludovici sereni[ssimi] regis Francorum in foresta de Thelis apud Quercum Gisherii. Et preterea quantum terre sufficere possit ad faciendam curtem et ortum et virgultum. Insuper et mortuum boscum ad proprios usus fratrum predictae ecclesie ibidem commorantium, et pasturas diversis eorum animalibus nutriendis in eadem foresta, que ante eidem ecclesie pater meus donavit. Et preterea ex propria largitione ego dedi eidem ecclesie apud predictum locum duas carrucatas terre sub censi .VIIIto. modiorum frumenti ad mensuram Gerborredi, cujus mina I. unum [...]arium minus debet valere a meliore, quod reddendum est singulis annis apud eundem locum, in Nativitate Domini. Et concessi predictae ecclesie [...] tres carrucatas terre quas dedit ei Willelmus socius meus. Has autem quinque carrucatas ego et predictus Willelmus eo tenore dedimus, ut fratres ejusdem ecclesie si voluerint excolant eas totas, aut quantum eis placuerit et si voluerint nutrant boscum et possideant libere et in pace, et liceat eis vendere illum, aut dare quodcumque et quibuscumque voluerint. Hoc totum concessit Juliana uxor mea et Willelmus et Stephanus fratres mei et Willelmus de Gerborredo socius meus. Hanc autem donationem et concessionem meam volo ut predicta ecclesia in pace, libere et quiete in perpetuum possideat absque ulla exactione in posterum, excepto constituto censu meo. Hoc autem actum est anno ab incarnatione Domini, M^o. C^o. LX^o. IX^o. idus junii apud Gerborredum. Quod

ut ratum et inconcussum in perpetuum permaneat, presentis pagine scripto munio et sigilli mei impressione confirmo. Testes sunt, Norbertus sacerdos, Hugo capellanus, Wibertus [.....], magistervus, Nicholas de, magister [.....], Willelmus [.....], Hugo de Scindenis Curte, Ursio de [.....]talo de Moneillis, Johannes de [.....]nes, Ursio Re[.....], [.....] Balduinus de [.....], Willelmus Crassus, Johannes Anglicus.